

XXVII (1). *De armis que marinarii habere tenentur* (2).

Statuimus quod quilibet (3) marinarius cuiuslibet nauis uel alterius ligni de ducentis (4) milliariis et inde supra, habeat capulinam de corio, aut elmum de corio (5) uel de ferro, et scutum, et zupam, et cultellum percutiendi (6), et spatam, et lanceas uel lanzonos tres (7). Marinarius uero qui quadraginta libras uel (8) plus pro A. 190 marinaria habuerit, panzeram uel lamam (9) de ferro cum armis habeat supradictis (10). Similiter nauclerius, si quadraginta libras uel (11) plus habuerit, panzeram uel lamam de ferro (12), et unam balistam de cornu cum centum (13) quadrellis habeat, cum armis omnibus supradictis (14). Et hec omnia, ut in (15) hoc capitulo continentur, quilibet (16) supradictorum sub pena decem librarum denariorum paruorum teneatur habere, que pena in nostrum comune deueniat (17).

St. Tiep. A, 8. — Tar. 16.

Var. in Q: (1) XXXV. — (2) *tenentur habere* — (3) *omnis* — Q. 88 (4) *de omni naue uel de alio ligno de mill. CC* — (5) *capelinam de corio aut helmum de corio* — (6) *cultellum de ferire* — (7) *III* — (8) *qui libras XL et* — (9) *habebit pro marinaria, panceram uel lameram* — (10) *predictis habeat* — (11) *libras XL et* — (12) *panceram uel lameram de fero* — (13) *balestram de corno cum C* — (14) *cum armis predictis habeat* — (15) *Et hoc intelligimus quod in* — (16) *continetur, de omnibus* — (17) *librarum X uenec. paruorum; quam soluere teneatur quilibet comuni Venetiarum.*

XXVIII. *Qualiter arma non debent auferi naucleriis et marinariis.*

Ordinamus quod arma que nauclerii et marinarii habere tenentur pro aliquo debito eis auferri non possint donec patronis nauium tenebuntur (1).

Var. in Q: (1) XXXVI. *De noclerio qui a nauis tolli non potest.*

Ordinamus quod omnis nauclerius et marinarius, qui nauis seruire tenetur, non possit tolli armis per aliquod debitum donec patrono seruire teneatur.